

Franckesche Stiftungen zu Halle

Oeconomiae Salutis Epitome Isagogica

Lange, Joachim

Halae Magdeburgicae, MDCCXXX.

VD18 13487469

Membrum V. De Salutis Restituendae Fundamento in Christo.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-211558

MEMBRUM V.

DE
SALUTIS RESTITUENDÆ FUNDAMENTO IN CHRISTO.

ARTICULUS I.

DE PERSONA CHRISTI.

TRACTATIO.

I. PROMISSIO ἐσαρχώσεως facta per decem gradus: ubi a protevangeliō per stirpem Noachi, Semi, & Abrahami fit progressus ad tribum Judæ, & in hac ad familiam Davidis, atque in ea ad matrem virginem, addita notatione loci, temporis & templi secundi.

II. IPSE ACTUS ἐσαρχώσεως: ubi

1. *Misio Filii* Joh. III, 16. Gal. IV, 4. & ejus *adventus* Jo. I, 11, III, 19. 31. XIII, 3. XVI, 27. 28. 30. &c.

2. *Spiritus Sancti* ἐπελευσίς & unctio, unde nomen Messie & Christi Luc. I, 35. Pf. XLV, 8. Jes. XI, 1. 2. Act. X, 38. &c.

3. *Ipsius Filii Dei* ἐπισκιάσμις, obumbratio Luc. I, 35. ad naturæ humanæ assumptionem in hypostasin divinitatis directæ. Luc. I, 42.

4. *Assumptionis*, seu ἐσαρχώσεως, actus formalis, positus in duarum naturarum, assumentis & assumptæ, unionis personali: quæ facta est ἀδιαγέτως inseparabiliter, & sic quam artissime & constantissime, adversus Nestorianos:

ἀσυγχύτως, sine ulla confusione, & ἀτρέπτως sine ulla conversione unius naturæ in alteram, adversus Eutychianos.

5. *Consequens immediatum*, utriusque naturæ communio & idiomatum communicatio. Unde existunt *propositiones personales*:

Deus est homo, homo est Deus.

Germen Davidis est f. bona justitia nostra Jer. XXIII, 5.

Filius hominis est Filius Dei viventis Matth. XVI, 13.

III. STATUS UNIONIS: in quo considerata sunt tria genera communicationis idiomatum: quorum

Primum habet prædicationes, quibus Deus sibi vindicat, quæ sunt hominis, & homo, quæ sunt Dei, & subiectum hic est *concretum naturæ* alterutrius, vel personæ, ut:

Auctor vitæ & Dominus gloriæ est cruci affixus Act. III, 15. 1 Cor. II, 8.

Secundus homo est Dominus de cælo. 1 Cor. XV, 47.

Christus est splendor gloriæ Patris Hebr. I, 3.

Not. Quod hic dicitur de *concreto*, non valet de *abstracto*: & prædicationes huius generis explicari solent adhibitis particulis diacriticis secundum, quoad, quatenus.

Secundum genus habet propositiones, in quibus idiomata divina humanæ naturæ tribuuntur: ubi subiectum est persona λόγος ἐνσάρκως, & prædicata sunt idiomata divina naturæ, ut:

Caro mea est panis vivificans Jo. VI, 51. 53.

Sanguis Christi emundat nos ab omni peccato 1 Jo I, 17.

Not. Non valet hic prædicatio perfectionum, quæ proprietati humanæ naturæ obstant, ut: *simplicitas, immensitas, eternitas.* Nec locum hic habet proprietatum reciprocatio. Vocatur hoc genus *abstractio*, quia pro fine habet efficientiam apotelesmatum officialium.


Tertium genus habet prædicationes, in quibus opera officii mediatorii de toto θεανθρώπῳ, atque ita de de utraque ejus natura, dicuntur: ubi subiectum est *concretum* divine, aut humanæ naturæ, non vero abstractum, ut:

Filius Dei dissolvit opera Diaboli 1 Jo. III, 8.

Filius hominis salvat animas Luc. IX, 56.

IV. *USUS* in unione Christi & fidelium mystica: unde emergit communicatio idiomatum, axiomatum & apotelesmatum Matth. XXV, 35. 40. Act IX, 4. 2 Cor. V, 21. Gal. II, 12. Eph. III, 19. Apoc. I, 6.

p. 176-181
M. V.



M. V. ARTICULUS II.
DE
STATU CHRISTI DUPLICI.

SECTIO I.

DE STATU EXINANITIONIS

Sedes doctrinae. PfXXII, 1. seqq. Jes. LIII. Matth. XX, 28.
2. Cor. VIII, 9. Phil. II, 6. 7. 8.

Definitio: Exinanitio est is Christi status, quo is communicatæ divinæ majestatis usu pleno vere, libere ac sapientissime se abdicavit.

TRACTATIO.

- I. NATURA, ad quam exinanitio pertinet, est *humana*, cui facta est communicatio divinæ gloriæ.
- II. RATIO exinanitionis MOVENS est *scopus redemptionis & salvationis*.
- III. MODUS constitit in ejusmodi *abdicatione* communicatæ gloriæ, quæ fuit *libera, vera & temperata*, majestatis divinæ radiis emissis.
- IV. SAPIENTIA, quæ in ea se exeruit, secundum quam ea ita fuit temperata, & humanæ imbecillitati accommodata, ut *nec nimium, nec parum*, gloriæ divinæ effulserit.
- V. GRADUS, qui, post *conceptionem*, fuerunt:
 1. *Nativitas*, ratione circumstantiarum considerata. Luc. II, 7.
 2. *Educatio humilis* in domo fabri Matth. XIII, 55. præcedente fuga in Aegyptum.
 3. *Conversatio* sortis communis inter homines alios, infirmitatibus humanis, sed peccati expertibus, obnoxia.
 4. *Perpersiones* ultimæ in horto oliveti & in cruce: inter quas sensus *mortis æternæ* fuit gravissimus.
 5. *Mors ipsa* piacularis, subsequente sepultura.
- V. USUS, inprimis elencticus adversos Socinianos, qui exinanitionem tantum in ultimis ejus gradibus ponunt.

p. 181-186

SECTIO

SECTIO II.

DE STATU EXALTATIONIS.

Sedes doctrinæ: Ps. CX. Jes. LII, 13. Act. II, 33. Eph. I, 20. seqq. Phil. II, 9. seqq. &c.

Definitio. Exaltatio est ille Christi *ὑπερβολῆς* status, quo is secundum humanam naturam e profundissima *κατώτα* ad plenissimam communicatæ divinæ gloriæ usurpationem *εὐεκτή* est.

TRACTATIO.

- I. CAUSSA EFFICIENS, singulari respectu *Deus Pater*.
- II. FORMA, quæ consistit in collato ac resumto *plenissimo majestatis* ac gloriæ divinæ *usu*.
- III. GRADUS, qui sunt:
 1. *Descensus* Christi ad inferos. 1 Pet. III, 18. 19. 20.
 2. *Resuscitatio* & resurrectionis gloriosa. Christum vero suæ etiam virtute resurrexisse, liquet
 - a. *Evera* ejus divinitate.
 - b. *E testimoniis* ipsis Christi Jo. II, 81. 19. 21. X, 16. 17. XI, 25. Apoc. I, 18.
 - c. *E potestate ac facultate* mortuos resuscitandi. Matth. IX, 18. 24. 25. &c.
 3. *Adscensio* in cælum Marc. XVI, 19. Luc. XXIV, 51. Act. I, 9. II, 33.
 4. *Collocatio & sessio* ad dextram Dei, Ps. LX, 1. Matth. XXVI, 46. Rom. VIII, 34. Hebr. I, 3. 13. &c.
- IV. SCOPUS, gloriæ Christi manifestatio & *regni gratiæ* ac gloriæ *administratio*, partorum beneficiorum applicatio, & intercessio pro fidelibus Rom. VIII, 34. Eph. I, 21. 22. 23. IV, 8. 10. 11. 12. &c.
- V. USUS; & quidem

Didascalicus ad gloriam Christi agnoscendam.


Elencticus adversus Socinianos.

Pædænticus, ad induendam mentem isto statu dignam. Col. III, 1. 2.

Paracleticus de communione gloriæ & intercessionis fructu. Jo. XVII, 22. 24. Eph. I, 22. 23. Phil. III, 21. conf. 2. Tim. IV, 8.

p. 186 - 192

M. V.



M. V. ARTICULUS III.

DE
OFFICIO CHRISTI TRIPLICI.

SECTIO I.

DE OFFICIO SACERDOTALI

Sedes doctrinae : Gen. III, 15. XII, 3. &c. Leviticus. Pf. CX. Jes. LIII. Zach. VI, 12. 13. Matth. XX, 28. Jo. 1, 29. XVII, 19. Rom. III, 24. 25. 2 Cor. V, 15. seqq. Gal. III, 13. VI, 5. ep. ad Hebr. &c.

Definitio. Officium Christi sacerdotale est functio anti-
typica, qua is, tanquam sacerdos & simul victima, ob-
edientia sua activa & passiva totius humani generis
debitum ac reatum exsolvit, illudque redemit.

TRACTATIO

I. PRINCIPIUM, seu fundamentum : quod est Filii Dei
sponsio, Job. XXXIII, 23. seqq. Jes. IX, 6. 1 Tim. II, 5.
Hebr. VII, 21. VIII, 6. IX, 15. XII, 24. nec non *promissio*
Gen. III, 15. &c. & *unctio* Pf. XLV, 8. Jes. XI, 1. 2. LXI, 1.
Act. X, 38. Hebr. I, 9.

II. TYPUS, in *sacerdotio Levitico*, cujus nervus erat in
expiatione, seu *satisfactione* typica. Id quod inter
alia probat

1. *Sedes* hujus doctrinae praecipua de virtute *sanguinis*
piaculari Lev. XVII, 10. II.

2. *Verbum expiandi* frequentissimum Lev. I, 4. &c.

3. *Effectus* sacrificiorum in *odore bonae fragrantiae*,
Lev. 9, 13. 17.

4. *Anniversarius* magnae expiationis *dies*, Lev. XVI.

III. ANTITYPUS in *sacerdotio Christi* : id quod inter
alia evincit

1. *Natura* cultus Levitici egena.

2. *Messiae denominatio* a sacerdotio Pf. CX, 4. Zach. VI,
13. conf. major pars epistolae ad Hebr.

3. *Cumulus locorum* de statu exinanitionis Messiae. Jes.
LIII. &c.

4. *Vestitus sacerdotalis* Messiae tributus Dan. X, 5. 6.
Conf. Apoc. I, 13.

p. 193 - 202

IV. NER-

c

IV. NERVUS officii sacerdotalis, secundum prædictiones V. T. in *expiatione* positus. Quod inter alia probant

1. *Loca expressa* de redemptione & expiatione, Messiae tributa Gen. XLVIII, 16. Job. XIX, 25. &c.
2. *Loca de salvatore* & salvatione Jes. VLI, 3. II. 12. XLV, 5. 21.
3. *Loca de Messia*, tanquam *justitia nostra* Jer. XXIII, 5. 6. XXXII, 15. 16. Dan. IX, 24. &c.

V. NERVUS idem e locis N. T. quam plurimis, & secundum certas classes recensitis.

VI. OBJECTUM redemptionis, seu redempti, *universum genus humanum*. Id quod constat

1. *Ex natura*, seu attributis Christi, nempe illis *potentia & gratia*, secundum quæ *potuit & voluit* omnes redimere.
2. *E clarissimis scripturæ locis*, secundum tres classes recensitis
3. *E necessitate & salubritate hujus sententiæ* ad applicationem: & e contrario, noxa & absurditate antitheseos.

VII. MYSTERIUM hujus doctrinæ dogmaticum in admirando *gratiæ & justitiæ temperamento*.

VIII. *Ōiōv* ejus practicum in applicatione *evangelii & legis*, ad *fidenter & sancte* coram Deo ambulandum.

IX. INTERCESSIO: de qua, ad offic. sacerdotale pertinente, notanda sunt quatuor momenta:

1. *Typus* in actu sacerdotis Levitici, præcipue summi.
2. *Forma antitypica* in vera intercessione.
3. *Loca scripturæ* Jes. LIII, 11. Rom. VIII, 34. Heb. VII, 25. IX, 24. 1 Jo. II, 2.
4. *Effectus* in benedictione.

X. BENEDICTIO: cujus notetur typus, forma antitypica, complexus charismatum in justitia & robore &c.

p. 202 - 216

SECTIO

SECTIO II.

DE OFFICIO PROPHETICO.

Sedes doctrinae: Deut. XVIII, 15. 18. 19. Pf. XXIII, Ezech. XXXIV, 11. seqq. Jo. VI, 14. X, 1. seqq. Act. III, 22. 23. 26. X, 30. 37. 38. Hebr. XIII, 20.

Definitio: Officium Messiae propheticum est functio antitypica, quae, in visione sui per *ὑποκατάστασιν* comprobata, voluntatem Dei de salutis nostrae per sacerdotium patris aeternae revelavit.

TRACTATIO.

- I. TYPUS in prophetis V. T. praecipue *Mose*. Deuter XVIII, 15. 18. 19.
- II. PRAEDICATIONES de Messia *doctore summo*, praeter Moisaicam illam: Pf. XXII, 23. 26. XL, 8. seqq. Jes. II, 3. XLII, 1. seqq. Mal. III, 1. 2. 3. &c.
- III. SYNONYMU officii prophetici in *manere pastoralis*, ad omnes gentes extenso Pf. XXIII. C. 1. seqq. Jes. XL, 10. 11. Ezech. XXXIV, 11. seqq. XXXVII, 24. 25.
- IV. FORMA in revelatione & annunciatione divinae voluntatis, in V. ac N. T. Hebr. I, 1. Jes. LXI, 1. 2. 3. Luc. IV, 18. 19. &c.
- V. ADJUNCTUM *internum*, efficacissima operatio Spiritus Sancti, ad partem salutis applicationem & Christi glorificationem tendens Jo. XVI, 14. Eph. I, 13. 14. 2 Cor. I, 22. cui officio Spiritus Sancti qui in salutis ordine pertinaciter resistit, facile incidit in peccatum adversus Spiritum Sanctum.
- VI. ADJUNCTUM *externum*, *ὑποκατάστασιν*: quae quod fuerit propriae potestatis & facultatis, liquet
 1. *Ex divinitate Christi*, ideo etiam e miraculis adserta Jo. V, 18. 19. 36. X, 37. & ex iis agnita Jo. II, 11. 23. III, 2. VII, 31. IX, 29.
 2. *Ex facultate ὑποκατάστασιν Apostolis data*, Matth. X, 1. 7. seqq. Marc. XVI, 17. 18. 20.
- VII. USUS, inprimis elencticus adversus *Socinianos*.

p. 216 - 223

SECTIO

SECTIO III.

DE OFFICIO CHRISTI REGIO.

Sedes doctrinae: Pf. II. Jes. IX, 6. 7. Jer. XXIII, 5. 6. Matth. XXI, 5. Hebr. VII, 1. seqq. Apoc. XVII, 14. XIX, 16.

Definitio: Officium Christi regium est functio antitypica, qua is, præter regnum natura, regnum gratiæ ac gloriæ ita administrat, ut ecclesiæ, tanquam corpori suo mystico, gratiæ dona ac bona, officio sacerdotali parva & prophetico annuntiata, suam liberalissime conferat. &c.

TRACTATIO.

- I. TYPUS, *Melchisedecus, David & Somo* Hebr. VII, 1. seqq. Jes. IX, 6. Jer. XXIII, 5. 2 Sam VII, 12.
- II. PRÆDICTIONES expressæ. Pf. II, 1. seqq. XXIV, 7. seqq. XLV, 5. 7. Zach. IX, 9. &c. Col. I, 32. 33. Apoc. XVII, 14. XIX, 16. &c.
- III. REX, olim *ἀσάρχος* inter Israelitas, ipsum ductor in columna nubis & ignis, deinceps *ἐναργος*, & monadicus.
- IV. CIVES regni, fideles omnium gentium, ab ipso rege vocati, electi & bonis gratiæ ditati, ac dignitate regia nobilitati. 1. Pet. II, 9. Apoc. I, 5. 6. III, 21.
- V. REGNUM ipsum, quod pro œconomia & objecti diversitate est triplex:

Natura: quod Christo jam vi creationis competit, & se exserit in opere providentiæ; extraordinarie in *σαουαρξία*.

Gratiæ in ecclesia militante: unde huc pertinent doctrinæ de *mediis & ordine salutis*, nec non de *ecclesia*.

Gloriæ in ecclesia triumphante: unde huc pertinent doctrinæ de *statu exaltationis Christi & de novissimis*.
- VI. USUS: inprimis didascalicus de sacerdotio regali. 1. Petr. II, 9. &c. & elencticus adversus hierarchiam papalem.

p. 223-230

MEM-